



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 60. Cardinalis Noailii Parisiensis Archiepiscopi epistola ad Papam Bened.  
XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII.

A. C. 1728.

§. LX.

*Cardinalis Noaillii Parisiensis Archiepiscopi epistola ad Bened. XIII. Papam.*

Arrepto hoc salutari proposito mox Cardinalis Noaillius Parisiensis Archiepiscopus lacrimas & gemitus suos in paternum Benedicti XIII. Pontificis sinum effundere constituit, atque ad eum die decima nona Julii has dedit literas:

*Beatissime Pater!*

„Tandem post iteratas preces &  
 „vota ad Sanctitatem Vestram confu-  
 „gio, multis hucusque experimentis  
 „edoctus, quod immensa ejus charitas  
 „nec supplicationes meas penitus reje-  
 „cerit, nec etiam plene exaudierit:  
 „Nunc tamen me exaudiendum con-  
 „fido, recipiam certe tot votis exopta-  
 „tam benevolentiam, & Sacræ Sedis  
 „favorem; firmum enim fixumque mihi  
 „est, Sanctitatis suæ jussis ac voluntati  
 „in omnibus obsequi, & quidem tam  
 „perfecta & sincera obedientia, ut eo-  
 „rum, quibus hucusque Sanctitati ve-  
 „stræ displicui, memoria penitus de-  
 „leatur, & posteritati testimonium re-  
 „lin-

„linquatur, meam doctrinam nec modo Sæc. XVIII.  
 „esse nec unquam fore diversam ab ea, A. C. 1728.  
 „quam Sanctitas vestra, Eminentissimi  
 „Cardinales Collegæ mei, omnesque  
 „Episcopi mei Confratres profitentur.  
 „Ex eodem salutari hoc consilio, &  
 „firmo ac stabili proposito, quod Spi-  
 „ritus Sanctus post maturas & in Christi  
 „Jesu conspectu factas reflexiones menti  
 „meæ indidit, jam ingens sentio sola-  
 „tium gaudiumque: experior in me  
 „vivifici hujus luminis radios, & red-  
 „dita est animo meo pax & tranquilli-  
 „tas, securus quoque quiesco in sinu  
 „Sanctitatis vestræ, cujus sapientiæ  
 „Divinæ studium, omniumque suarum  
 „virtutum splendor eminentem summi  
 „Pontificatus gradum exornat. Bea-  
 „tissime Pater, brevi consummabo vitæ  
 „& Sacerdotii mei cursum, & tempus  
 „resolutionis meæ instat, tædet ani-  
 „mam meam vitæ meæ. Jam ad ja-  
 „nuam stat Jesus Christus Dominus,  
 „& Judex meus, in cujus conspectu  
 „testor, Bullam *Unigenitus* me sincero  
 „corde admittere, librum *reflexionum*  
 „*moralium* ac centum & unam propo-  
 „sitiones ex eo extractas in eodem sensu,  
 „quo damnatæ sunt in præfata Consti-  
 „tutione, me damnare: Insuper revo-  
 „care meam *Instructionem Pastoralem*  
 „Anni 1719. contra præfata Consti-  
 „tutio-  
 Yy 5

Sæc. XVIII. „tutionem, quamvis meo sub nomine  
A. C 1728. „promulgatam: ac proinde Sanctitati  
 „Vestræ promitto aliud mandamentum  
 „me editurum. illudque pro ejusdem  
 „Bullæ observantia in tota mea Diæcesi  
 „promulgaturum. Confiteor tibi, Bea-  
 „tissime Pater, postquam Dei gratia  
 „hanc deliberationem suscepi, summa  
 „consolatione animum meum esse per-  
 „fufum, dies mihi factos esse magis  
 „serenos, animamque meam ea pace  
 „& tranquillitate frui, quam post diu-  
 „turnum tempus nunquam expertus  
 „fueram. Hac declaratione sincera &  
 „vere Episcopali, Beatissime Pater, me  
 „ea, quæ antea pollicitus sum, præ-  
 „stitisse confido; restat jam, ut & San-  
 „ctitas vestra filium obsequiosum ac  
 „submissum consoletur, suoque amore  
 „foveat; nil enim amplius obstare vi-  
 „detur, quominus paternum suum af-  
 „fectum, & bonitatem in me effundat,  
 „ac benigne concedat, ut cælestis Pa-  
 „tris gratia & paternæ bonitatis effe-  
 „ctus, cujus cursum fuisse interruptum  
 „doleo, ad nos usque pertingat. Red-  
 „de nos, Beatissime Pater participes  
 „Jubilæi, singularis hujus gratiæ tot  
 „votis ac suspiriis expetitæ, ut per  
 „eam Deo acceptiores redditi, ab eo  
 „promptius exaudiri mereamur, dum  
 „pro incolumitate Sanctitatis vestræ,  
 „&

„& felicissimo Apostolatus Regimine  
 „efficacia & sincerissima vota ad Deum Sæc. XVIII.  
 „effundimus. Interea ad Sanctitatis A. C. 1728.  
 „vestræ pedes prostratus Benedictio-  
 „nem vestram Apostolicam exoro &c. „

## §. LXI.

*Summi Pontificis responsum ad Noail-  
lii Cardinalis literas.*

Acceptis hisce Noailii literis quanta  
 gaudii ubertate paternus Benedicti  
 Pontificis animus exundarit, vix mente  
 percipi, aut calamo exprimi potest:  
 mox igitur habito Purpuratorum cœtu  
 eos fastissimi hujus nuntii certiores  
 reddidit, ac die vigesima prima Au-  
 gusti ad Cardinalem Noailium has  
 dedit literas;

*Dilecti Fili, Salutem & Apo-  
stolicam benedictionem.*

„Prudentissimum juxta ac sanctissi-  
 „mum consilium, quod jamdudum in  
 „Christo conceperas & per ejus gratiam  
 „nunc adimplere cogitas, non minori  
 „Nos solatio replevit, quam Divina  
 „illa illustratio, quæ animo tuo pacem  
 „& tranquillitatem reddidit. Satis  
 „ergo exprimere haud possumus gau-  
 „dium nostrum, quo nuperas tuas li-  
 „teras